

35

missione subeat? Nihil hēat ubi interdū aiū remittatur. His quoq; tem-
poribus si libertatem sustuleris: uix quēq; reperias præter ordines humilio-
res qui in hac alga & harundinibus uitā duceret. Nemo siqdem post labo-
rem requiē nō appetit. Libertas illis securusq; suis cū familiis status pro re-
quie succedebat. Qui de morib; ciuitatum scripserunt: Solent pleriq; an-
tiquorum laudare mores: suorum temporū reprehēdere. Eā rōnem secuti:
Qui oīa indeterius labantur. Hoc pfecto sicuti uerum: Ita illud p laude
earum de quibus scribunt ciuitatum. Nōnulli addiderunt seruis eas tādē
q; cæteras in uitia prolapsas. Nō est cur fortasse idem quoq; hac de urbe di-
ci nō possit. Integris quidem & incorruptis morib; permansisse ad hēc us-
q; tempora: Non ego dicere ausim: multa sēcula durauisse. Fortasse nō im-
merito qspiam dixerit. Quales igitur Venetiæ fuerint ea de qua scribimus
tempestate: dictū a nobis. Sequentibus uero sēculis qles extiterint: non eā
prouinciam suscepimus: ut scriberemus. Scripsit aliqua breuiter Albertus
Magnus Sextodecimo historiæ libro. Longe plura executus est Henricus
ariminensis ex ordine prædicatorū libro quē de quattuor uirtutibus cardi-
nalib; conscripsit. Quos profecto q legit superiorum omnium ciuitatū
laudibus: prisca semper excepta Roma nō i merito hanc de qua scribimus
equare possit. Causam autē considerāti mihi: Cur hēc morum quasi lege
quadā in deterius mutatio accidat: illa p̄cipue uidebatur: Naturam uni-
cuiq; tam rei q animis hominum suos numeros dedisse. Quos intra si res
humanę continētur: incolumi statu ac diuturno perseuerant. At uero si al-
tius tendunt: & in longe maius excrescunt q patiantur mortalium uires:
Quibus etiā suus numerus est a natura constitutus in earū rerum guber-
natione: Succūbant necesse: est. Vñum illud relicturn tāto malo remediuū
principū cura et diligētia: Ut sicuti ignavia & incuria labūtur: Ita idustria
& diligentia sustineantur. Siquidem unum quodq; iisdem artib; conser-
uatur: Quibus ab initio adeptum est. At ubi pro labore & uigilantia indi-
ligentia ignaviaq; sensim subrepunt. Aut quod proximum est reipublice
cura affectusq; ad priuata commoda cōuertitur: Frustra meliora patrum
tempora optabis. Neq; sane tū dabitur iustus querendi locus. Quid. n. equi-
us q si in ea re quam tu neglexeris: detrimentum accipias?

LIBER SEXTVS.

OTTHORVM bellum a Iustiniano imperatore su-
ceptum pro italia liberanda: gestumq; nō minori uirtu-
te q gloria recensere non ea mente adorti sumus: ut lau-
dem surriperemus iis qui longe q nos copiosius eam hi-
storiam conscripsere: Nihil enim minus quæsiuimus q
rimus ue: quin gratias illis debemus. Nam præter earum rerum notitiam
quam reliq; posteritati: nobis quoq; præstitere: Ut causas uenetæ cōdēde-